



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

1. Ex parte Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

rium. Sunt etiam quædam servitura Mensibus, hebdomadisve singulis, pro cuiusque placito. Sunt denique horis quidem singulis accommodata; eadem tamen aliis temporibus servire nullo negotio, nonnullâ utilitate possunt. Atque hic primus modus est prædictæ difficultati, in usu horum Examinum, occurrendi. Alter est, ut si cui fortè gravis erit, etiam hæc ipsa Examinum ad certa tempora revocatio, atque designatio, is utatur hoc sequenti Examine, quod veluti compendio quodam omnia ferme prædicta complectitur. Dividitur autem in duo summaria capita. Quorum unum complectitur ea, quæ sunt homini spirituali, in quotidianis vitæ occupationibus vitanda. Alterum continet ea, quæ sunt eidem spirituali homini facienda, & prosequenda.

Ratio Examinis faciendi super ea, quæ sunt vitanda homini spirituali, in vitâ suâ quotidiana.

PUNCTUM I. & II. Consuetum.

PUNCTUM III. Habebit Capita sequentia.

I. Ex parte Dei.

1. Defectus Intentionis, eò quòd abfuerit, vel non pura fuerit, immista priorum quæstioni, jam antiqua, & ideò frigida, modicæque aut nullius virtutis, fortè, etiam jam interrupta, & vitata interventu novæ Intentionis prævæ.

2. Ignoratio & oblivio Dei præsentia, neglectusque statuendi se in ejus conspectu, tum verò irreverens & indigna oculis Dei, coram Deo permansio, operatioque.

3. Occultus intuitus magni apud Deum me-

riti

G. Dree
 bicki
 Operi asce
 Tomus I.
 N: V
 58

riti in operibus, quem ſtatim ita, Domine, ex nunc pro ſemper removeo coram Te, ut nihil à Te mereri velim, niſi quod, & quia vis Tu, Te autem ſolum, & guſtum placitumque tuum propter Te intendo.

4. Vitatio confuſionis, & inde occultatio defectuum confuſivorum, (etiam in confeſſione) apud Superiores, & apud alios.

5. Elevatio & excuſatio defectuum, tam apud me, quàm apud alios.

6. Diſſimulatio Gratiarum Dei excitantium ad bona, & bene agenda, imperfectioneſque vitandas, Gratiarum item convincentium intellectum, & accendentium affectum diſſimulatio, dilatio, ac per hoc abjectio, idque vel ex anguſtiâ cordis puſilli, vel ex reſpectum adoratione, vel ex fuga moleſtiæ externæ, vel ex inordinato ad quid vilius, ad commodiorem vitam affectu, vel quòd non ſit præceptum.

7. Facilitas in propoſitis deſerendis, præſertim verò ac præcipuè in designationibus, quæ primo intuitu occurrentes, sæpè ſolent eſſe meliores omnibus ſequentibus, & neſcio quid de Divinæ Sapientiæ luce habent, quas proinde deſerere, aut mutare temerè non expedit.

2. Ex Parte ſui - ipſius.

1. Infrigidatio Devotionis ac fervoris ex neglectu ordinis temporum, & actionum, ex fermentatione, & effuſione affectus, & dilatione recollectionis. 2. Impræviſio agendorum, & incidentium, unde factum ſit, ut improvifa, improvifò ingruerint, etiam perturbaverint, & rapuerint. 3. Fuga laboris, conatùs, mortificationis in opere

21
21
21

enſibus
placito
ommo
ire nul
Atque
ltati, in
er eſt, ut
Exami
deſig
quod
prædi
o ſum
itur ea,
is vitæ
net ea,
nda, &
vitanda
a.
entia.
fuerit,
quæſi
æque
rupta,
æ.
egle
tum
oram
ame
riti